redemit de manu inimi
ci: et de regionibus congre
gavit eos A solis or
tu et occasu: ab aquilone
et mari Erraverunt
in solitudine in inaquoso:
viam civitatis habitacu
li non invenerunt Esu
rientes et sicientes: a
nima eorum in ipsis de
fecit Et clamaverunt
ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum
eripuit eos Et dedu
xit eos in viam rectam:
ut irent in civitatem habita
tionis Confiteantur
domino misericordie eius: et mi
rabilia eius filiis homi
num Quia saciavit animam
inanem: et animam esurien
tem saciavit bonis Se
dentes in tenebris et umbra

mortis: vinctos in men
dicitate et ferro Quia
exacerbaverunt eloquia
dei: et consilium altis
simi irritaverunt Et
humiliatum est in labori
bus cor eorum: et infirma
ti sunt: nec fuit qui ad
iuvaret Et clama
verunt ad dominum cum tri
bularentur: et de neces
sitatibus eorum liberavit eos
Et eduxit eos de te
nebris et umbra mortis:
et vincula eorum dirupit
Confiteantur domino misericordie
eius: et mirabilia eius
filiis hominum Quia con
trivit portas ereas: et
vectes ferreos confregit
Suscepit eos de via
iniquitatis eorum: propter in
iusticias enim suas humi

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. f.%2091v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/f.%2091v)